



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

57 Qui baptizatur æger, manet ordinis experts.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

penas per ignorantes i legem Dei, id est a. per Saracenos venire, & favere permittit.

I Per ignorantes] In epistola B. Bonifacii martyris, (qua una cum multis aliis extrat manuscriptis in codice saepe memorato bibliotheca Dominicana) legitur: per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. cum qua lectione concordant aliquae vetustae Gratiani exemplaria, & ferè etiam Ivo.

C. XI. ¶ Si religiosi inventi fuerint filii sacerdotum, ordinentur.

Unde Urbanus in sine superioris capituli distinguenda subiunxit.

Pubrica huius capituli abest ab aliquot vetustis (naque enim est capituli distinctio) & proponitur sequenti capitulo, Apostolica.

Nisi b aut in coenobiis, aut in canoniis e religiose probati fuerint convertantur.

C. XII. ¶ De eodem. Item Alexander II.

Apostolica d auctoritate precipimus vobis, ut si eum, qui ab ecclesia electus est, altero digniore esse, canonicamque eius electionem probaveritis, ulti nostra auctoritate confectis. Nam, pro eo quod filius sacerdotis dicitur, siccatè virtutes in eum convenient, non rejicimus.

Hoc autem, quod de filio sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesie introductum videtur: & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regulae trahi non potest.

C. XIII. ¶ Filii sacerdotum non prohibentur ab Episcopatu, si cetera virtutes in eis inveniantur.

Unde Urbanus Papa II. scribit Bartholomaeo Baron. Archiepiscopo.

Coenomanensem e electum, pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si cetera virtutes, in eum conveniunt, non rejicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, ut hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesie periculo consultur.

Cum ergo ex sacerdotibus nati, in summis Pontifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de formatione, sed de legitime conjugio nati: quia sacerdotibus i ante prohibitionem ubiq. licita erant, & in orientali ecclesia usq. hodie eis licere probatur.

Quod autem vitium originis semini imputari negatur, videtur esse contrarium illi sententia, f [Adulterorum filii abominatio sunt Domino.] Sed sicut supra dictum est de presbyterorum filiis, ita & hoc de filii adulterorum intelligendum videtur; ut illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter & illud Urbanus intelligendum quod ipse est, scribit Petronio Legionen. Episcopo.

I ¶ Sacerdotibus ante] Hic ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbyteri etiam licuisse uti conjugio, quod in ecclesia Graecorum & olim & nunc permissum est. Id vero minime ita esse, superius in d. 31. est adnotatum. De illis vero, quos antea narravit creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est eos, antequam patres ipsorum illo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.

C. XIV. ¶ De eodem.

Quia g simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificium videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quam vivente propria uxore pater tuus cognovisse dignoscitur: h Nos

a al. etiam. b Supra ead. cap. presbyterorum. c al. canonici. d Ansel. lib. 6. cap. 29. e Ansel. lib. 6. c. 29. Pann. lib. 3. c. 53. sup. ea. Ofm. f Sap. 3. sed paulo aliter. g Pann. lib. 3. c. 54. h al. dicitur.

Apostolica mansuetudinis gratia admonente, a ceteris, quae sacerdotium impediunt, criminibus, tam tui professione, quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunitatem te agnoscens, & vitam tuam religiosam audientes, ab huius peccati vinculo absolutum, in suscepto sacerdotali officio confirmamus.

DISTINCTIO LVII.

I Item, qui in agriudine constitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

C. I. ¶ Non ordinetur presbyter, qui in agriudine constitutus baptizatur.

Unde in Nicocesiensi Concilio, c. 12. legitur.

I a quis in agriudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est: nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut b hominum raritas exegerit.

¶ Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia observatum: quemadmodum ex epistola Cornelii Papae de Novatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Historia Eccles. lib. 6. c. 33. istuc spectantia, haec sunt: Qui quidem, ubi exorcistam praesidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam gravem morbum, ut jam ferme mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit. & paulo post, cum de ipsius ordinatione ager adjungit: Qui quidem Episcopus, non solum ab universo clero, sed etiam a multis laicis veritus; quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptismum, sicut huic contigerat, in clerum assumi; magno pere postulabat, sibi potestatem dari, huic soli manus a fortem presbyterii imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

I Item ex monachali habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblati voluntate proprii Abbatis.

C. I. ¶ Monachus non ordinetur clericus, nisi voluntate abbatis Episcopo fuerit oblati.

Unde c Gregorius scribit Mariano Episcopo Ravennati, lib. 7. epist. 18.

N Vllus ad ecclesiasticum officium ex monasterio producatur monachus; nisi quem abbas loci adnotatus propria voluntate obtulerit Episcopo.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex d concilio Carthaginensi V. c. 13.

I quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituere, Episcopus, qui licet fecerit, a ceterorum communione se iunctus, suam plebis communionem contentus sit, & ille neq. clericus, neq. prapostitus perseveret.

I ¶ Repertum] Graecè legitur: εἰς τὴν ἑξῆς ἀδελφῶν μοναστηρίῳ τῶν ἀδελφῶν τῆς αἰῆς, id est, si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.

2 ¶ Constituerit] Antea sequebatur, sine licentia oblati, & monachorum: qua verba sunt expunita; quia sunt a concilio Carthagin. & Africano, & plerisque vetustis Gratiani codicibus.

DISTINCTIO LIX.

I Item, qui ecclesiastici disciplinam imbuti, & compertis approbatione discussi non sunt, ad summum sacerdotium assumantur.

a Polyg. lib. 2. tit. 3. Burch. l. 4. cap. 43. Ivo p. 1. c. 227. c. 101. b al. &. c Paulo aliter. d & in Afric. c. 47.

